Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

et in xpo omnes vivificabuntur.
Unusquisque autem in suo ordine
primus xpus deinde hi qui sunt xpi
in adventu eius. Lectio apocalipsis
In diebus illis. Ego iohannes apostolus
audivi vocem de celo dicentem mihi
scribe beati mortui qui in domino
morientur. Amodo iam dicit
spiritus ut requiescant a laboribus
suis. Opera enim illorum sequuntur illos
In diebus illis. Lectio libri machabeorum.
Vir fortissimus iudas collatione
facta duodecim milia dragmas
argenti misit iherosolimam: offerri
ea ibi pro peccatis mortuorum iuste
et religiose de resurrectione cogi
tans. Nisi enim eos qui ceciderant
resurrecturos speraret superfluum
videretur et vanum orare pro
eis. Sed quia considerabat quod
hi qui cum pietate dormiunt
accipiant optima habentur repo
sitam gratiam: sancta ergo et sa
lubris est cogitatio pro defunctis
exorare ut a peccatis absoluantur.
Fratres. Nemo ad romanos.
Vivit sibi et nemo
sibi moritur. Sive enim vivimus
domino vivimus. sive morimur domino mo
rimur. Sive enim vivimus sive mo
rimur domini sumus. In hoc enim xpus
mortuus est. et vivit et mortu
orum dominetur. Tu autem quid iudicas
fratrem aut quare spernis fratrem tuum.
Omnes enim stabimus ante tribunal
xpi. Scriptum est enim vivo ego di
cit dominus quoniam mihi flectetur omne
genu et omnis lingua confitebitur deo.
Hec dicit dominus. Isaie propheta
Oriatur in tenebris
lux tua. et tenebre tue erunt sicut
meridies. Et requiem dabit tibi do
minus deus tuus semper. et impple
bit splendoribus animam tuam. et
ossa tua liberabit. Et eris quasi
hortus irriguus. et sicut fons aq
arum cuius non deficient aque. Os enim
domini locutum est. Ezechielis propheta
Hec dicit dominus Ecce ego ape
riam tumulos vestros. et edu
cam de sepulchris vestris populus meus
et inducam vos in terram israhel. Et
scientes quia ego dominus cum aperi
ero sepulchra vestra et eduxero vos
de tumulis vestris populus meus et
immittam spiritum meum in vobis et vive
tis et requiescere vos faciam.
Dicit dominus omnipotens. Ad thessalonicenses.
Fratres. Nolumus vos ignorare
de dormientibus ut non con
tristemini sicut ceteri qui spem non
habent. Si enim credimus quoniam ihs
mortuus est et resurrexit ita et deus
eos qui dormierunt per ihsum adu
cet cum ipso. Hoc enim dicimus vobis in ui